



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Porphyrius Ep. 26.. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

suit, purpuramque purpuræ, coronam coronæ, sceptroque augustius pedum objicere non dubitavit. Quid? quod vel mortuus vivo Leoni Imperatori terrori fuit. Cum enim hic nomine etiam suo crudelior templo passim, & in his imagines Dei Divorumque vastaret, somniavit TARASII imperio, à nescio quo Michaële se confossum. Et risit forte mortem, cum vigil vivere se vidit; sed die sexto à Michaële Balbo confossum potuit de-hinc sine superstitione somniis credere. Ex Surio.

*Heu quam lamentandæ vices, quando desperati apud homines possidebunt spem divinam; & humanis bonis prædicti bonis cœlestibus fraudabuntur: & hoc facit thesaurus, qui cor hominis aut per eleemosynam levat in cœlum, aut per avaritiam demergit in terram. S. Pet. Chrys. serm. 22.*

S. PORPHYRIUS EP. 26. Februarie.

**P**ORPHYRIVS Hierosolymæ æger quotidie loca sacra cum pedibus non posset, genibus obambulabat, expeditissimam viam ad cœlum credens, Christi vestigia. Et fuit cum ad pedem Calvariæ montis triste oculis spectaculū, jucundum tamen animo objectum est, Christus cruci affixus, & ponè felicior è geminis latro. Igitur cum latronis verbis etiam PORPHYRIVS Servatorem compellasset, jussit hic descendere latronem è cruce, & opem ægro ferre. Descendit, osculum tulit, manuque peramanter prehensum ad Christum, ut secum itaret, invitavit. Interea properanti obvius ipse in amplexum Servator ruit, jussitque dulce onus crucem suam ferre. Tulit lubens & verò laboris premium sanitatem abstulit. Proinde sacris initatus PORPHYRIVS, & custodiæ sanctissima Crucis

Feb.  
onæ,  
ubi-  
npe-  
tiam  
gines  
ASII  
a. Et  
; sed  
c de-  
rio.  
apud  
bonis  
the-  
at in  
Pet.  
  
i.  
e lo-  
s ob-  
cre-  
Cal-  
dum  
xus,  
tro-  
om-  
uce,  
ulit,  
n, ut  
vius  
ulce  
o la-  
acris  
imæ  
ucis

27. Feb. VITÆ SANCTORVM. 115  
Crucis præfetus est. Ultimò Pontifex Gazæ inaugurate signo crucis pluviam è cælo supplex evocavit, infamem Veneris statuam dejecit, & Manichæam mulierem elinguem reddidit; probavitque hunc in crucem amorem ipsum Numen, quando lapsos in puteum tergeminos pueros salvos parentibus reddidit, & miraculosâ cruce insigntos. Illud ad posteros memorabile, cum fana Gazæ nobilissima superstitioni paterent, neque demolitionem horum impetrare jam ab Arcadio posset, supplicasse PORPHYRIVM vix nato Theodosio, & cum hic alieno nutu assensum præbuisset, votorum tandem potitum omnia Deorum templa destruxisse, Deo deinde aliud in Crucis formam ædificasse, & cineri suo, & famæ monumentum. Ex Metaphr.

Memento te et si de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum: sex diebus condidit Deus omnia, & te inter omnia: at verò per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terra. O quantum laboravit sustinens carnis necessitatē, hostis tentationes! S. Bern. serm. II. sup. Cant.

S. ATHANASIA. 27. Februarii.

A THANASIAE ANDRONICVM sium junximus, A injuriam facturi utrique si nunc demum di-vortium inter eos fecissemus, quos tot miracula junixerunt. Igitur Antiochiæ agebant sanctissimi conjuges, opesque, quæ multæ illis erant, cum cælo communes habebant. Trientem primum miseri, alterum viri religiosi auferabant, ultimus domesticis usibus cedebat. Heredes cum binos sustulissent, placuit exinde castitati potius, quam liberis operam dare. Intereà illos etiam uno die cælum